

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7358

Autre(s) référence(s) : Round 927

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Lessay, Sainte-Trinité (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1185-1188, janvier]

Lieu d'émission : Cherbourg

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Lessai.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1080.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, n° X, col. 234-237.
- c. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 256, p. 339 (édition partielle).
- d. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXIX, t. 2, p. 298-303.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 927.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 294. Hugues de Nonant, élu de Chester ou de Coventry, élu en 1185 et sacré le 31 janvier 1188.

Texte établi d'après d

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, sunescallis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Trinitatis de Exaquo et monachis ibidem Deo servientibus omnes rationabiles donationes subscriptas sibi factas et cartis donatorum confirmatas : Ex dono Turstini Haldup et Eudonis filii ejus, et concessione et confirmatione Roberti de Haia et Murielis uxoris sue et Ricardi et Radulfi filiorum eorum, in villa Sancte Opportune, in qua sita est prefata ecclesia, totam partem quam prefatus Turstinus et Eudo filius ejus ibi habebant in ecclesiis et terris et silvis, in aquis et molendinis, in piscariis et salinis, et in villa de Fanulleriis totam partem que fuit Adelais de Balte, et silvam que appellatur Cavilliacum, cum omnibus terris, et molend[inum] cum aqua et cum molta de manerio de Crienciis, exceptis tantum servientibus suis, et omnia que ad prefatam silvam pertinent, sicut ipsi eam habebant, et quicquid habebant in Orevilla et in Awarevilla, et in omnibus mainillis ad Orevillam pertinentibus, cum ecclesia et omnibus aliis pertinentiis, et ecclesiam Sancte Marie de Porbail cum omnibus pertinentiis ; et partem suam in ecclesia Sancti Georgii de Tummevilla cum elemosinis et decimis et omnibus exitibus ejusdem manerii ; et totam partem suam in ecclesia Sancti Johannis de Turgisvilla cum pertinentiis ; et ad Longam Famem terram ad unam carrucam et rectam decimam omnium exituum ; et ecclesiam de Conneis, cum elemosinis et rectis decimationibus omnium exituum ejusdem manerii ; et terram ad unam carrucam et unum vavassorem cum hoc quod tenet in eadem villa ; et in Bosevilla in Plano et in Apavilla et in Osouvilla et in mainillis ad Apavillam pertinentibus, quicquid ibi habebant in ecclesia, in terris, in silvis et in omnibus aliis pertinentiis ; et duas dimidias piscarias in Unva que est juxta Hulmum ; et partem suam ecclesie Sancti Georgii cum pertinentiis suis ; et ecclesiam Sancte Susanne cum elemosinis ; et ecclesiam Sancti Ermelandi juxta Plesseium, et omnes alias ecclesias suas de Bauteis. Et rectam decimationem intra parcum et extra illius foreste de Plesseio, de pannagiis, de veiculo, de venatione et de omnibus lucris que ibi fiunt aut fient de molendinis, piscariis, exitibus et nutrimentis ; et extra parcum omnibus bestiis et porcis monachorum, et animalibus servientum eos custodientium pastum et pasturam ; et si infra parcum mittuntur porci ad pastum, habeant monachi in eodem parco C. porcos, a festivitate Sancti Martini usque ad quadragesimam quietos ; et si ibi non mittuntur porci deforis ad pannagium, tamen habeant monachi L. quietos usque ad predictum terminum, cum eisdem consuetudinibus in nemore de Folleia ; et extra parcum ligna ad ecclesiam et domos suas, et omnia necessaria sua in eadem foresta, et homines animalia sua custodientes similiter ; et in eadem foresta partem quandam per loca et divisas quas inde habent determinatas in cartis, cum omnibus terris et pertinentiis, sicut prefati donatores habuerunt ; et terram trium famulorum in Balteis, scilicet Ravanoti et Wimundi porcarii et Sarraceni, quam ipsi de eis tenuerunt ; et rectam decimam partis sue de manerio Plesseii de omnibus exitibus. Et ecclesiam de Crienciis cum omnibus pertinentiis suis, et unum vavassorem cum terra sua, et in eadem villa terram ad duas carrucas et tres salinas et I. piscariam in mari, et terram duarum bercariarum, quam pastores tenent, et VI. suburbanos cum alodiis suis, et de theloneo ejusdem ville LX. solidos, et in maresco de Cressoneres VI. acras terre, et rectas decimas de omnibus exitibus manerii de Crienciis. Et in nemore de Fulleia rectam decimam de omnibus exitibus, cum omnibus consuetudinibus quas habent in nemore Plesseii, et decimam molendini de Folleia et de piscariis ; et ecclesiam Sancti Georgii de Roca cum pertinentiis suis ; et ad Montem Catonis terram ad unam carrucam ; et decimam molendinorum et piscariarum et omnium exituum illius manerii ; et ecclesiam de Argenci cum pertinentiis et rectis decimis exituum ejusdem manerii, et terram ad duas carrucas, et partem suam de ecclesia Sancti Phil[ippi] de Valseio, et ea que Hugo de Valseio ibidem tenuit de ipsis ; et partem quam habebant in ecclesia Sancte Marie apud Martrinné cum pertinentiis suis ; et id quod Hugo de Valseio ibidem de eis tenuit ; et partem quam habebant in ecclesia de Coisneriis cum pertinentiis suis, et terram ad unam carrucam, et de his omnibus rectam decimam omnium exituum. Item ex dono Roberti de Haia, ecclesiam Sancti Martini de Eudonvilla, et terram Pippini liberam et quietam ab omni servicio et auxilio ; et ecclesiam Sancte Marie de Ansgovilla cum decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus ; et ecclesiam Sancti Martini de Brittevilla ; et decimam molendinorum de Bertauvilla et de Eudonisvilla ; et ecclesiam Sancti Nicolai de Monte Acuto ; et decimam molendinorum de Foliata ; et ecclesiam Sancti Quirini de Plesseio. Item ex dono prefati Roberti de Haia, in Anglia, ecclesiam de Boxgrava cum pertinentiis suis ; et ecclesiam de Brotebi, et quicquid habebat in ecclesiis de Risum et de Bellinges et de Subroc et de Suavatone, cum omnibus pertinentiis suis, excepto eo quod monachi de Acra habent in ipsa ecclesia de Suavatone ; et ecclesiam de Callatona, et totam decimam denariorum suorum de maneriis suis [de] Brotebi et de Fellingeham et de Rison et Suavatona et Suttona et de Lutona et de Scortona, et unam bovariam terre apud Brotebi ; apud Boxgravam, II. hidas terre et dimidiam circa ecclesiam de Boxgrava, et omnem decimam ipsius parrochie, et totam decimam gablorum suorum de Natali de eadem parrochia, et decimam sui nemoris in passone et venditione ; et in eodem nemore dedit monachis in eadem ecclesia morantibus ignem et materiam ad omnia edificia sua et opera, et passon porcis suis, et pasturam ad omnia animalia sua. Dedit etiam ecclesiam Sancti Petri de Hauntonete, et terram et decimam que ad eandem ecclesiam pertinent ; et ecclesiam Sancti Leodegarii de Honestan ; et ecclesiam

de Brideham ; et ecclesiam Sancte Marie de Waborgotona ; et ecclesiam Sancte Marie de Berneham ; et ecclesiam Sancte Katerine que est sita super fluvium Tamisie ; et ecclesiam Sancti Georgii de Bautona ; et ecclesiam de Tadeam ; et terras et decimas que ad easdem ecclesias pertinent. Dedit etiam illam mensuram frumenti que vocatur cherchet de omnibus maneriis suis, cum ecclesiis et decimis. Ex dono Ricardi de Haia, decimam frumenti sui et avene de Britevilla. Ex dono Renaldi de Aurea Valle, ecclesiam Sancte Helene cum decimis omnibus ejusdem ville, et terras et elemosinas eidem ecclesiis pertinentes, videlicet clausum quod vocatur Vinea, et totam partem launde quam dedit Robertus Baumer juxta Turcutivillam, et totam decimam de omnibus redditibus totius silve suae, et pannagium porcorum monachorum in eadem silva quietum, et ligna ad materiam ad edificia et necessaria monachorum ; et pasturam de Aureavalle communem omnibus animalibus monachorum, cum animalibus domini, et sagramentum ; et in Gerevilla, II. acras terre ; et in Litearia I. acram, et decimam ferie Aureevallis, et dimidium dominium ecclesie de Hugevilla, et alteram medietatem, quam Rogerius filius Episcopi cum Roberto de Haia dedit ; et Rogerium de Monasteriis, cum terra sua, id est III. acras, et terram Pagani juxta clausum ad ipsum clausum, et terram Hersendi et Amioti, et clausum Leeceline cum domo sua. Ex dono Hugonis, filii ejus, dimidiam ecclesiam Sancti Laudi de Horevilla, cum elemosinis et decimis illius ecclesie, et decimam trium molendinorum, IIorum de Aureavalle et unius in Baltiesio. Et terram de Rokeverel, liberam et quietam ab omni servicio et auxilio. Ex dono Roberti Baumeri, unum vavasorem cum terra sua. Ex dono Roberti filii ejus, in Asembervilla, terram reddentem unum quartarium frumenti, et in Baltiesio predicti Renaldi I. acram terre juxta terram Balmeri, et omnia que idem Renaldus dedit, et omnia que de calengiis suis relaxavit infra burgum Exaquii, et in vicinia tota et in aliis locis et villis eidem Renaldo pertinentibus, libera et quieta, sicut carta ejus dividit et testatur. Ex dono Willelmi de Aurea Valle, molendinum Sancte Oportune, cum omnibus consuetudinibus et multa et omnibus rebus que ad illud molendinum pertinebant, et partem ecclesie Sancte Oportune. Ex dono Guillelmi de Abrincis, quartam partem ecclesie Sancti Salvatoris, cum capellaria sue domus, et XX. et VI. acras terre, et dimidiam decimam sui molendini, cum aliis minutis decimis, et hominibus ejusdem elemosine communem pasturam et focum sicut suis. Ex dono Jordani de Campo Arnulfi et Willelmi de Rollos et Willelmi de Ponte et Clarembaldi de Girartot et Ricardi de Rollos, quicquid habebant in ecclesia Sancti Sansonis de Guiefossa, et in eadem villa ex dono Gaufridi Ovremere III. acras terre liberam et quietam ab omni servicio et auxilio, et I. masnagium et terram eidem pertinentem. Ex dono Willelmi et Ricardi de Pirou, et ex concessione et confirmatione heredum eorumdem Radulfi (?) de Pirou et fratrum ipsius, Gaufridi, Rogeri et Stephani, ecclesiam de Pirou et decimam totius ville in garbis et molendinis et omnibus aliis que contigerit decimari, et XLIII. acras terre, et brociam de juxta laundam, et I. piscariam in mari, et decimam anguillarum, et terram in qua monachi edificaverunt domos suas, et ortos, et pratium de Broc et pratium de Mela, et I. acram terre juxta crucem, et acram quam Robertus filius Osmundi et virgatam terre quam Giroldus de Pirou donaverant monachis ; et preterea concessionem et confirmationem quam Radulfus filius et heres Ricardi de Pirou et fratres sui fecerunt, videlicet ut in voluntate sit abbas de Exaquio et sui conventus predictas decimas et cetera beneficia ad abbatiam deferre et expendere, et quemcumque custodem voluerint ad Pirou suarum rerum, seu monachum seu alium, habere, et talem quietanciam in multa qualem carta dividit. Ex dono Rogeri de Albinneo et Guillelmi patris ejus, ecclesiam de Folgeriis, cum decimis et elemosinis eidem pertinentibus, et partem ecclesie de Guiefossa, quam Osmundus clericus tenuit, cum pertinentiis suis, et totam terram illam quam idem Osmundus tenuit in Kercavilla et in Francavilla, et LXIII. acras terre in Livervilla, et quicquid filii Ranulfi Espec tenuerunt de honore Albinnei in Alno et in Astella, sive in ecclesia sive in terra, et decimam ferie Sancti Christofori et de foro Albinnei, et in Ma[r]chensis I. hortolanum cum terra sua, et quicquid Aiscia uxor predicti Rogeri dedit in Monte Fameloso et in Mesnillo Ogis. Et ex dono ejusdem et Ansetilli de Cleiis et Roberti filii ejus, et Aeliz filie ipsius Roberti, ecclesiam Sancti Patricii de Cleiis, et ecclesiam Sancte Margarite de Baudrevilla, et ecclesiam de Porbail, cum omnibus decimis et elemosinis eidem pertinentibus de honore Albinnei, et libertatem et quietanciam ab omni servicio et reddito, sicut carta donatoris testatur, silicet in terra de Monte Catonis et in quadam terra apud Criencias. Ex dono Willelmi de Bricevilla, dimidium molendinum de Matun, et ex dono Thome, filii ejus, ecclesiam de Alno, cum omnibus decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et unam acram terre in Alno, et alteram in Verleio, et partem quam habebat in piscaria de Matun. Ex dono Ricardi de Rollos, totam decimam de terra sua de Francavilla, et quicquid habebat in ecclesia de Guiefossa, et quicquid Thomas de Bricevilla et Willelmus de Aurea Valle et Robertus de Verleio cum Roberto filio suo et Gaufrido Esturmi cum Radulfo filio suo dederunt in ecclesia de Verli, cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et ecclesiam de Waringebec, quam Ricardus de Haia et Matildis uxor sua dederunt, cum decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus. Ex dono Roberti de Monasteriis, et filiorum ejus Willelmi et Hereberti, ecclesiam de Surevilla et ecclesiam de Glatinneo, cum decimis et elemosinis eidem ecclesiis pertinentibus, et XII. acras terre in Glatinneo ; et quicquid Jordanus de Barnevilla, ex dono patris sui et matris sue, concessit et confirmavit, scilicet totum feudum I. vavasoris in Britevilla, et quandam terram in Gerseio III. quartaria frumenti reddentem ; et confirmationem quam Robertus Bertramms fecit de elemosina de Sotewast, quam, sicut pater suus de omnibus serviciis et auxiliis liberam et quietam esse concessit, ita ipse ab omni servicio et auxilio ad summum dominum terre pertinente in perpetuo acquietare concessit et confirmavit ; et ex dono Radulfi de Sotawast, ecclesiam de Sotawast. Et ex dono

Willelmi de Ansnevilla, ecclesiam [de] Ansnevilla apud Sarnes, et quandam domum juxta cimiteriem, et totum mariscum a cimiterio usque ad aquam Sare. Et ecclesiam de Witsel, et ecclesiam de Peretot, cum pertinentiis suis. Et ex dono Godefredi de Bussone, ecclesiam Sancti Martini de Grouvilla in Gerseio. Et ex dono Ricardi fratris Willelmi Avenel, III. acras terre in Herevilla et aliam terram. Et ex dono Rogeri Foliot, concedente Ricardo de Wavilla, ecclesiam de Osmunvilla. Et ex dono Willelmi de Marcheio, mesuram Pantof in Crienciis. Et ex dono Engolgerii de Bohon, dimidium miliarium anguillarum apud Bohun. Et conventionem quam fecerunt Willelmus de Sancto Johanne et Robertus frater ejus et Oliva uxor Willelmi, de prioratu Boxgrave, cum omnibus pertinentiis suis, sicut cirographum determinat et testatur. Et ex dono Gilleberti de Campaus, II. garbas de terra quam tenet in Verleio, de feudo de Liteare. Et ex dono Simonis de Verleio, duas garbas de terra sua. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et monachi in eadem ecclesia Deo servientes habeant et teneant omnes prenominatas donationes bene et in pace, et quiete, integre, plenarie, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eas pertinentibus, in ecclesiis et decimis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et in piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus ad eas pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Johanne Ebroicensi episcopo, Henrico Baiocensi episcopo, Hugone de Nunaunt electo de Cestre, Roberto de Novoburgo decano Rotomagensi, Willelmo de Humet constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescalco Normannie, Roberto archidiacono de Notingham, Alvredo de Sancto Martino, Seero de Kenci, Hugone de Cressi, Thoma Bardolf, et multis aliis.

Apud Cesarisburgum.